



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1655

Sanctissimo, Altissimo Optimo Servatori Angelorvm Redemptori Hominvm
Dei Ac Mariæ Verginis Filio Iesv Christo D[omi]no N[ost]ro Primogenito
omnis Creaturæ, [...] Georgius Ab Eyschen.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45515

SANCTISSIMO
ALTISSIMO
OPTIMO
SERVATORI ANGELORVM
REDEMPTORI HOMINVM
DEI AC MARIE VIRGINIS FILIO
IESV CHRISTO
DNO NRO

Primogenito omnis Creaturæ,
EX QVO, IN QVO, PER QVEM

OMNIA

AGNO OCCISO AB ORIGINE

MVNDI

REGI SÆCULORVM

Hanc l. Aulam Thesaurorum Dei, seu Com-
mentationem Passionis eius
SECUNDVM MATTHEVM

D. D. D.

*Terra ab ipso creata inutile pondus, cali per ejus-
dem gratiam ambiens incolatum, modo
per omnia servus & subditus*

GEORGIUS AB ETSCHEN.



CHRISTE Iesu, salutis nostræ desiderio
è cælo in terras delate, amoris divini
vi, quæ dici non potest, ad cænacu-
lum, in quo corpus & sanguinem
tuum pretiosissimum hominibus, postquã per-
transiens omnibus bene feceras, communica-
res, protracte, &c.

Te appello in primitijs operum meorum, quæ
dedisti mihi, cum non solum me creasti in ani-
mam viuentem, vt cæteros mortales, sed etiam
in ea parte orbis terrarum collocasti, in qua erat
is, quem in cænaculo tuo instituisti. Apostolicæ
Traditionis vigor, & propagatum ab Apostolis
tuis continua successione Sacerdotium San-
ctum. Imo post tempora iuuentutis decursæ in
tuorum Sacerdotum collegium Augustissimum
cooptasti, in quo hodieque per tuam gratiam
misericordissimam, iam senex persisto, ad pedes
eorum Regum, qui tibi recens nato & integerrimæ
matri tuæ munera tua diuina, Aurum, Thus
& Myrrham attulerunt. Cum his igitur, vel eo-
rum exemplo animatus, ego quoque hodie ante
te procumbo humillime, & tua dona tibi offerre
præsumo, nimirum Memoriam passionis tuæ, vt
quam creberrime *Facio* in Liturgia seu Missæ
sacrificio,

sacrificio, gestibus ac verbis exhibendo vitæ & passionis tuæ admiranda mysteria in Colonienſi Eccleſia; eandem toto orbe Latino, ſi fieri poteſt, Catholica manu mea conteſter ſcribendo. Tu Sapienſiſſime Eccleſiæ Catholicæ architecſte, inſpirator diſcipulorum, in horto Gethſemani orator efficaciſſime, Bellator aduerſus Mundum carnem, mortem & infernum in Ieruſalem & monte Caluariæ potentiſſime, coram hominibus morte turpiſſima, ſed coram Angelis Dei gloriouſſima exaltate, poſitus in exemplum, in quod reſpiciant generationes ſæculorum, & in cuius nomine flectatur omne genu cæleſtium, terreſtrium & infernorum, reſpice obſecro hoc opus ſerui tui miniſtri, & ipſum ſeruum tuum, & ſeruum matris tuæ, de excelſo ſanctuario tuo, & noli me reprobare à pueris tuis, ſed clementiſſime effice, vt in hoc ſæculo ita celebrem memoriale tuæ paſſionis, vt per eius vim poſtea inhabitem in domo tua omnibus diebus vitæ meæ, & laudem te cum ſanctis tuis, iugiter, & in ſæcula ſæculorum exultem in te, ac Patre tuo, & ſpiritu S. qui ſunt Benedictus unus & Trinus æternus Dominus Deus noſter. Amen.



LECTO-